Reçu pour exercer à Arras

311[45] 1787

Specimen
Chimico-Pharmaceuticum

exponendum D. D. Saluberrimæ facultatis Parisiensis Decano, et Pharmaciæ Professoribus. Nec Non. D. D. Pharmacopœorum Parisiensium ordinis Præfectis.

è galenicis.

Syrup. Balsam. De tolu.

℞. Balsami tolutani . . . . . ℥viij.
aquæ Communis . . . ℔iij.
infunde Balneo-Maris Per Duodecim horas in Vase Clauso.
Liquori Decantato adde
Sacchari albissimi, . . . S. q.
ut fiat Syrupus.

hiera Picra.

℞. Cinnamomi . . . . . .
Macis . . . .
Radicis Asari . . . .
Croci . . . .
Mastiches . . . . } āā. ʒvj.
aloes Socotorinæ . . . . ℥xij.
mellis optimi . . . . . ℔iij.
fiat electuarium Secundum artem.

Conserva Rosarum Rubrarum omni tempore Paranda.

℞. Rosarum Rubrarum tenuiter Pulveratarum . . . . ℥iij.
misce Cum
aquæ Rosarum fragrantis, Balneo-Maris eliciti . . . . quantum Satis ad Pulpæ Consistentiam, et Cum Sacchari aquâ Rosarum Soluti, et in tabellarum Consistentiam Cocti . . ℔ij.
fiat Conserva mollior.

è galenicis.

Emplastrum De Minio.

℞. olei Rosati . . . . ℔j. ℥iv.
minii . . . . ℥xij.
Ceræ flavæ . . . . . ℥iij.
aquæ Communis . . . ℥viij.
Coque leni Calore identidem ab igne removendo, ne Comburatur aut albescat emplastrum, Sub finem adde Ceram, ut liquescat, & erit emplastrum.

Unguentum De Styrace.

℞. olei Nucum . . . ℥xj.
Colophoniæ . . . . . ℥xv
gummi elemi, . .
Ceræ flavæ, . . . } āā ℥vij. ʒ.
igne moderato liquefiant.
fusis omnibus adde
Styracis liquidæ . . . . ℥vij. ʒ.
fiat unguentum Secundum artem.

ex chimicis.

Sublimatus Corrosivus.

℞. Mercurii è Cinnabari Revivificati . . ℥xij.
Mitte in Matratium. affunde
Spiritûs Nitri optimi . . . . . . ℥xiv.
impone arenæ tepenti ad absolutam Dissolutionem.
hanc decapula in Cucurbitam vitream. igne arenæ leni vaporet ad Siccitatem.
Massam Superstitem in mortario marmoreo Pulvera. Misce.
Vitrioli ad albedinem Calcinati.
Salis Marini Decrepitati . . . . } āā ℥xij.
Mixturam inde in Matratium triplo Capacius, quod Mediâ Sui Parte demergatur in arenam.
Suppone ignem Per gradus ad Summum urgendum.
Duodecim Circiter horarum Spatio, Mercurius Vasis lateribus adhærens Sublimabitur.

Vidimus et Vidimus
Bataille · Charlard
Frangov · Solomé

Expositis Simplicibus Medicamentis et enarratis quæ ad artis theoriam Spectant, Selectas ex utrâque Pharmaciâ Compositiones Suprâ Scriptas, è Codice Parisiensi Depromptas; Deo juvante, Perficere Conabitur, Duce et Moderatore, Joanne, Petro, Renato, Cheradame: ejus-dem ordinis; Ludovicus Josephus Amatus Le françois quercetanus.

M. Dcc. LXXXVij.

Diê lunæ Decimâ mensis Septembris.

Has operationes è Codice desumptas vidimus ac probavimus Parisiis die decimâ mensis septembris anni millesimi septingentesimi octogesimi septimi Jolivet de la Rouillais Pharmaciæ Professor — Leroux de la Fontrie alter Pharmaciæ Professor — Frangov

Bourru, Decanus